

clerus cordis contriti et spiritus contribulati apud deum in Christo sacrificium. § [45] Reverendissimo sacrosanctę Leodiensis ecclesię presuli H. licet in(dignus) id est B. episcopus perpetuum orationis munus cum unico obsequio. § [46] Domino magistro et in Christi menbris unice diligendo fratri M. salutem in Christo. § [47] Dilectissimo suo F. M. scolasticus intimum dilectionis pignus. § [48] Dilecto filio R. M. omne bonum. § [49] Domino reverendissimo patrique beatissimo et in Christi menbris orando vel episcopo in Christo salutem. § [50] Sincero propinquorum amicitię affectu I. abbati R. mundum spernere cum suo flore. § [51] Domino suo et proximo E. salutem et bene valere in deo. § [52] Domino et amico V. vita et morum honestate glorioso A. humillima devotissimi famulaminis^q obsequium cum iugi orationum instantia. § [53] F. archiepiscopo dei gratia electo et preelecto A. abbas angelicum ave, evangelicum euge in spiritu devotę orationis fidelissime servitutis^r. § [54] F. gratia dei sanctę Colonienis ecclesię archiepiscopus V. Hyldenensi episcopo cum devotis orationibus sinceros fraternę dilectionis affectus. § [55] P. viro apostolico, nomine et re universali pape dei gratia Aquiliensis ecclesię patriarcha fidele servitium et orationem et debitam in Christo subiectionem. § [56] Vere fidei amico G. summę dilectionis et perpetis societatis vinculum. § [57] Domino suo F. archipresuli venerando suus fidelissimus T. sic corporis capitisque servare unitatem, ut in eo sine fine unum sit, in cuius dextera delectaciones usque in finem. § [58] H.^s dei gratia Romanorum imperator augustus H. marchioni, comiti F. et universis optimatibus Saxonię vel Turingię fidelibus suis gratiam, dilectionem et omne bonum. § [59] Fratri et amico precordiali T. C. per omnia suus quod dilecto dilectus. § [60] R. dei misericordia quod est A. domino suo, honorabili viro utriusque vitę felicitate iocundari. § [61] Domino suo S. preposito G. quantuluscumque est se et sua ad omnia obsequia. § [62] Pre omnibus sibi benigno domino M. G. supplicem pro suis beneficiis gratiarum actionem. § [63] F. dei gratia sancte Coloniensis ecclesie presuli O. Leodiensium episcopus vinculum fidei, spei et caritatis in domino.

q) famulamimis r) *korrigiert aus servitutes*
verlesen zu b; siehe auch Anm. e)

s) B. (*Minuskel-b der Vorlage*)